



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,  
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

**Kiene, Johann Georg**

**Constantiae, 1629**

17. & 18. Explicatio quarundam Constitutionum super Clausura.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42214**

giosis est liber accessus, non autem grangiæ aut hospitia, quæ ruri aut extra Claustrum ambitum Religiosi inhabitant. IIII. Piam V. viuæ vocis oraculo declarasse, quod noluerit mulieribus aditum præclusum ad Claustra cum aliis fidelibus, si in eis Missarum solemnia aliaque Diuina officia peraguntur, aut Supplicationes instituuntur, sepeliuntur. Fratrum, v. g. in ambitu aut aliorum fidelium funera, aut quauis de causa tantus populi concursus fieret, ut commode ingredi aut egredi per principalem portam nequeat, dummodo cum aliis sæcularibus fœminæ recto trahite ad portam, qua de Monasterio exitur, prope rent.

XVII. An poena excommunicationis huius etiam aliis præter Abbatibus, Abbatissas &

F 4      Supe-

Superiores, priuatis Monialibus ac Regularibus in Regularium Claustra personas vetitas admittentibus, imponatur, controueritur, sed Resp. 1. [A] probabiliter excommunicationem. in Superiores duntaxat non subditos ferrari, cum tales nulla refulgeant dignitate, & à dicta pœna, id est priuatione Officiorum sint imunes & incapaces, de quibus videtur loqui Pontifex. Resp. 2. [B] non tantum Superioribus utriusque sexus, sed singulis insuper Regularibus censuram imponi, si admittant personas prohibitas ad loca Regularia ob pretextum Privilegiorum inuitent, directe vel indirecte ad talem ingressum cooperantes,

[A] Rod. t. 1. q. 48. a 1 c<sup>o</sup> 2.

[B] Suar. t. 5. de Censuris. d. 22.

f 6. num 14. A<sup>z</sup>or. tit. t. l. 13.

q. 3. c. 8. Scort. cit. theor. 336.

qui

qui consulit tanquam in re gra-  
uissima posteriorem sententiam,  
ut potè tutiorem esse amplecten-  
dam.

XVIII Sentiunt nonnulli ex-  
communicationem à Pio V. &  
Gregorio XIII, impositam etiam  
iis esse fœminis, quæ absque præ-  
textu facultatum seu indultorum  
quorumcunque virorum Mona-  
steria intrant, adeòque omnem in-  
gressum absque licentia ( seposita  
ignorantia, incogitantiâ & simili-  
citate ) post notitiam huius con-  
stitutionis sub excommunicatio-  
ne latè sententię esse interdictum.  
Ratio videtur quod magis pecca-  
re censeantur fœminæ quæ sine  
prætextu litterarum ingrediun-  
tur, quàm quæ ex præteriâ licen-  
tia. Præterea nec esset perfectè  
quàm intendit Pontifex, quieti &  
puritati prospectum. Denique  
frustranea esset Constitutio Ponti-

F 5 ficia,

ficia, quod talis priuilegiorum  
prætextus rarissimè ab aliqua pre-  
tendatur.

*Apud Scortiam Theorem 235.*

XIX. Nihilominus probabi-  
lis est sententia solū loqui Ponti-  
fices de ingressu ob prætextum  
priuilegiorum Pontificiorum pe-  
tito & obtento, ideoque non om-  
nis ingressus, ad loca Regularium  
mulieribus sub dicta excommu-  
nicatione aut peccato mortali in-  
terdicitur. Ratio est, quod non vi-  
deatur verisimile Pötifices inten-  
disse nouo iure huiusmodi fœmi-  
nis ingressum inhibere, sed tan-  
tum consulere quieti, quæ tūm à  
Sanctimonialibus, tum Ducissis,  
Marchionissis, Comitissis ob præ-  
tensa priuilegia fuerat quando-  
que cum magna Religiosorū mo-  
lestia interrupta, quibus abroga-  
tis, superq; satis quieti ac puritati  
prospiciebatur.

*sayr.*